IOANNIS THOMAE DE MARINIS CAPVANI IVRE CONSVLTI DE GENERIBVS ET QVALITATE FEVDORVM TRACTATVS, ORDINE, ET VTILITATE, SVMMOPERÈ IVNIORIBVS NECESSARIVS,

IN CENTVM ET DECEM TITVLOS DIVISVS,
in quibus totius ferè Feudalis materiæ termini, ac Iſerniæ perplexa dicta declarantur. Liber Primus & Secundus.

Cautum Priuilegio ne per Decennium ſub pœna Imprimatur.
NEAPOLI. Excudebat Mactias Cancer.
M. D. LXV.
COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

DE GENERIBVS ET QVALITATE FEVDORVM

PROOEMIVM.

ORBEM Terrarum, quem homines inhabitant, Deus Opt. Max. ex ſua condidit natura, illumq; mirabili arte compoſitum, ex Ipſius largitate primo hominũ parenti, ſuoq; generi, hęredibuſuè, fruendũ tradidiſſe conſtat. vt legitur in geneſi. c. p°. Pro tanto beneficio nil tributi nomine impoſuit: ſed hoc ſolũ petiit, vt Beneficiarii homines pura mente, ac ex toto corde, Deũ ipſum, & dominum diligerent, colerentq;. vt ſcribitur Exodi c. xx°. At ipſius mundi Reges, nil Deo ſimilius, quàm omnibꝰ prodeſſe conſpicientes, feuda, beneficiauè, (quorum noſter erit ſermo) bene merentibꝰ elargiri conſueuerũt, ſub duris tñ cõditionibꝰ, pactiſq; arctioribꝰ, & fidelitatis, & ſeruitiorũ, aliorũquè onerũ, quę diligẽter obſeruari oportet, ne ipſa beneficia amittãtur. ut ſcribit Obertus Ortẽſius, in c. p°. De feu. ſine cul. nõ amit. & in c. p°. in fi. Per quos fiat inueſti. c. p°. §. huiꝰ aũt generis in quib. cau. feu. amit. c. p°. §. ſed nõ ẽ alia iuſtior. Quę fuit pri. cau. benefi. amit. & in c. p°. de for. & nou. for. fidel. Qui Obertus de orto, (Mediolanenſis vt ipſe aſſerit in c. p°. in prin. Quę fuit pri. cau. benefi. amit. c. p°. In prin. de feu. cogni. legiturquè apud Andreã, in pręlud. feu. in prin. n°. 17.) vna cũ Gerardo capagiſto, ex vſu mediolanẽſi, & aliis nõ nullis Cõſuetudinibꝰ, feudalia ſcita, iuri quidem ciuili incognita, ſatis quidem notabiliter, ſed ſine ordine, & modica rei latinę puritate tradita congeſſit vt in c. p°. ſi de feu. vaſ. ab aliq. interp. & in c. p°. §. Similiter ſi quis. & in. §. Si cõtẽtio, & in §. Similiter feudũ, De capita. qui cur. vend. & in c. p°. De feu. cogn. alias eſt tit. de feu. conſt. & in c. p°. De feu. dat. in vic. leg. com. aliàs eſt tit. de vſu mediolan. c°. Quidam, & in c. p°. Hic finitur lex. & in c. p°. De feu. fęm. & in c. p°. Qui teſtes ſint neces. ad proban. nouã inueſti. & in c. p°. §. ex eadem lege, De lege Corradi & in. §. Similiter eo. tit. & in c. p°. An mutũs vel aliàs imperfectus. Quàmuis ẽt extent nõ nullę Imperiales Cõſtitutiones feudales editę ab Imperatore Corrado p°. ſecundũ aliquos, vel à ſecundo, qui Romam Ingreſſus à Ioanne xx°. Pontifice in Imperatorem vnctus, rebellantes Longobardos per varia Italię loca, ac maximè p Venetias, paſſim & vbiquè deprędantes, repreſſit, atq; contriuit, pro ut Euſebius Cęſarienſis, de temporibꝰ teſtatur, vbi ẽt Corradi primi, tertiiq; meminit. c. p°. In fin. Qualiter olim poter. feu. alie. c. p° §. cũ vero Corradus. De his qui feu. dar. pos. & in c. p°. De cap. Corradi, & in c. p°. De lege Corra. Nec nõ à Lothario p°. vt in c. p°. Cõſt. dñi Lotharii, aliàs eſt tit. Imperator Lothar. Et à Lothario iiį°. vt in c. p°. De prohi. feu. alie. per Lotha. & in c. p° in prin. Qualiter olim poter. feu. alie. & in c. p°. de vas. q cõtra cõſtitu. Lotha.

IOANNIS THOMAE DE MARINIS CAPVANI IVRECONSVLTI DE GENERIBVS, ET QVALITATE FEVDORVM, LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 VOCES ex pacto, & prouidentia a feudali conſuetudine incognitæ ſed inuentæ apileo, & bulgaro gloſatoribus.
2 Feudum ex pacto, & prouidentia appellatur feudum paternum.
3 Feudum paternum capitur pro feudo hereditario.
4 Non ualet conſequentia iura appellant feudum paternum, ergo feudũ paternum eſt ex pacto, & prouidentia.
5 Guglielmus de perno doctor ſiculus allegatus per decium.
6 Feuda ex pacto, & prouidentia feuda familiaria.
7 Iura allegata per pernum non probant feuda ex pacto, & prouidentia dici feuda familiaria.
8 Ius ſepulcri familiaris tranſit ad heredes extraneos.
9 Feuda non tranſeunt de eorum natura niſi ad filios, & deſcendentes non autem ad extraneos.
10 Feudum familiare quod fuit receptum pro ſe, & herede maſculo.
11 Vbi ſit mentio de hereditate feudum cenſetur hereditarium.
12 Feuda ex pacto, & prouidentia feuda recta non hereditaria.
13 Omnia Feuda ſunt ex pacto, & prouidentia.
14 Quod ſit pactum.
15 Quotuplex ſit prouidentia.
16 Prouidentia alia diuina, alia humana.
17 Vox pactum congruit priuato uox prouidentia Domino, ſeu Regi concedenti.
18 Vox ex pacto, & prouidentia idem importat quod pactum.
19 Prouidentia ut genus, pactum ut ſpecies.
20 Prouidentia legis tantum.
21 Pactum reſpicit etiam dominum concedentem.
22 Fidelitas eſt de natura, & ſubſtantia feudi.
23 Feudum datur gratia utriuſque tam domini quam uaxalli.
24 Lex feudi dicitur prouidentia pacti.
25 Prouidentia ſumpta dupliciter, & legis, & domini.
26 Filius an poſſit repudiare hereditatem & conſequi feudum, ad inſtar agnatorum.
27 Feuda ex pacto, & prouidentia filijs debita etiam ſi patris heredes non ſint.
28 Filius habebit feudum ex pacto, & prouidentia, etiam ſi non ſit heres patris.
29 Textus in cap. primo an agnatus non procedit quando feudum fuit conceſſum tatio & eius liberis ſecundum Baldum.